Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



vt destruas inimicum et vltorem. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: luna
et stellas que tu fundasti. Quid est homo
quod memor es eius: aut filius hominis quoniam
visitas eum. Minuisti eum paulominus ab
angelis gloria et honore coronasti eum:
et constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues
et boues vniuersas insuper et pecora
campi. Volucres celi et pisces maris:
qui perambulant semitas maris. Do
mine dominus noster: quam admirabile est no
men tuum in vniuersa terra. Gloria. Psalm
Confitebor tibi domine in toto corde
meo: narrabo omnia mirabilia
tua. Letabor et exultabo in te: psallam
nomini tuo altissime. In conuertendo ini
micum meum retrorsum: infirmabuntur et
peribunt a facie tua. Quoniam fecisti iudicium
meum et causam meam: sedisti super tro
num qui iudicas iustitiam. Increpasti gen
tes et periit impius: nomen eorum delesti
in eternum et in seculum seculi. Inimici
defecerunt frameee in finem: et ciuitates